

de presentando se personaliter quotiens esset exinde requisitus. Deinde super denunciacione huiusmodi per... Iacobinum de Campaniola, militem, tunc gerentem vicem magistri iusticiarii regni Sicilie ac per aliquos ex iudicibus magne regie curie inquisiri fecimus diligenter et post inquisitionem huiusmodi prefatus miles captus fuit et carceri mancipatus, postmodum vero de respondendo super meritis inquisitionis eiusdem sub pena unciarum auri mille et sub forma predicta Neapoli aliam curie prestitit fidejussoriam cautionem; tandem ad instantiam dicti militis, visa inquisitione predicta et discussis meritis inquisitionis ipsius, actentis quoque regni constitutionibus in talibus editis, quia per testes ydoneos... quid contra eum et huiusmodi sequaces suos per eandem inquisitionem probatum non extitit per quod ad personalem penam vel ad maiorem partem fortunarum suarum possent... condempnari et per inquisitionem eandem aliqua semiplene contra eundem militem de premissis iudicia probabatur, prefatus miles... iterato carceralem custodiam subiit et ad penam unciarum auri quingentarum... extitit condempnatus. Cumque pena huiusmodi sit per eundem militem nostre camere integraliter exoluta, idemque miles non brevi tempore carceris tedia propter hoc sit expertus, nos prefatum a vinculis quibus tenebatur propterea... fecimus liberari... mandantes quod dictus miles et... sequaces eius... nullatenus in personis vel rebus eorum, in iudicio vel extra iudicium de cetero... impetantur.. Data Corneti, die IV^o februarii VI^o indictionis.

CL.

1293, 16 marzo, Salerno.

Davanti al protonotaro e giudice di Salerno, presenti parecchi testimoni, il procuratore della nobil donna Elisabetta, vedova di Bartolomeo de Vallono — *Salernitanus doctor in physica* — presenta uno scritto — *auctoritate iudiciaria roboratum* — rimontante al giugno 1291, dal quale si rileva ch'essa Elisabetta aveva concesso un prestito a Nicola Marzullo, da restituirsi dopo un anno. Il Marzullo aveva dato garanti, aveva giurato di adempiere *fideliter et firmiter* i suoi impegni, e si era obbligato di non vendere, fino al pagamento del debito, alcuna parte della sua proprietà. Intanto, passato l'anno, la Elisa-

betta aveva chiesto, una prima, una seconda e una terza volta, come vuole la legge, la somma prestata, e, non avendola avuta, aveva mandato esso procuratore con capaci apprezzatori di beni stabili alla casa del Marzullo, sita in Salerno, nel rione dei Vietresi, presso la chiesa di S. Vito *di mare*. Egli a norma della leggi dei Longobardi e delle consuetudini della città, aveva di nuovo chiesto il pagamento del debito, e, non avendolo ottenuto, aveva pignorato sei *sottani* e il primo piano della casa, del valore triplo della somma dovuta, a norma delle leggi stesse. Consentendo però queste, dopo tale dichiarazione di pignoramento, un altro termine di 36 giorni, perchè il debitore possa pagare quanto deve e rimanere in possesso dei suoi beni, passati i quali si cessa da ogni diritto di dominio e di proprietà, esso procuratore, per stabilire la decorrenza dei termini, fa quest'atto davanti all'autorità giudiziaria.

Pergamena della Badia di Montevergine, vol. CV, n. 72. La pergamena è in cattivo stato di conservazione.

In nomine domini Dei eterni et salvatoris nostri Ihesu Christi, anno ab incarnatione eius millesimo ducentesimo nonagesimo tertio, et nono anno domini nostri Karoli secundi, Dei gratia Jerusalem et Sicilie gloriosissimi regis, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii illustrissimi comitis, et primo anno regni domini nostri Karoli primogeniti suprascripti domini nostri regis, Dei gratia Ungarie illustrissimi regis, et quarto anno principatus eiusdem magnifici principis Salerni et honoris Montis sancti Angeli domini, die sexto decimo mensis martii, sexte indictionis. Ante me Petronum protonotarium et iudicem, presentibus Pandulfo da Pandulfo, magistro Philippo de Dario, clerico huius Salernitani archiepiscopii, Nicolao de Trogisio, et Francisco de Lupino, testibus... Romualdus sutor, filius quondam Nicolay, procurator nobilis mulieris Elysabette vidue relicte magistri Bartholomei qui dictus est de Vallono, Salernitanus doctor in phisica, per eam ad hoc coram me legitime constitutus, et pro parte eiusdem vidue ostendit unum scriptum debiti auctoritate iudiciaria et testium subscriptionibus roboratum, quod erat per omnia continentie infrascripte: In nomine Domini... anno ab incarnatione eius millesimo ducentesimo nonagesimo primo et septimo anno regni domini nostri Karoli secundi... et secundo anno principatus illustris domini nostri Karoli primogeniti suprascripti domini nostri regis magnifici principis Salerni et honoris Montis sancti Angeli

domini, die tertio decimo mensis iunii quarte indictionis. Ante me Jacobum de Protho iudice, presentibus Jacobo Macza, filio quondam Philippi, Thomasio de Iaquinto et Francisco de Leone, testibus... Nicolaus qui dicitur Marzullus, battifoll... filius quondam Iohannis, coniunctus est cum nobili muliere Elysabetta relicta magistri Bartholomei Salernitani doctoris in phisica, qui dictus est de Vallono, et ipse Nicolaus mutuo suscepit ab eadem Elysabetta octo uncias auri tarenorum monete Sicilie. Unde per convenientiam ipse debitor guadium ipsi creditori dedit et fideiussores ei posuit semet ipsum, Matheum qui dicitur de Sancta Maria, filium quondam Iohannis, et Iohannem qui dicitur de Astancollo, filium quondam Christofori. Qui fideiussores fideiusserunt in solidum renunciantes... epistole divi Adriani et novo iuri autenticorum de duobus reis. Et per ipsam guadium ipse debitor obligavit se et suos heredes reddere ipsi creditori et illius heredibus vel cui hoc scriptum in manu paruerit in completo uno anno a predicto die in antea numerandum vel infra predictum annum, quandocumque ipsi predictae uncie necessarie fuerint, infra quindecim dies post requisicionem suam, alias octo uncias auri tarenorum suprascripte monete, bonas et directas et iuste pensantes. Et si ex hoc debito recolligendo ad partes rei publice proclamatio facta fuerit et dampnum exinde contigerit, tunc totum ipsum dampnum ipse debitor et eius heredes... restituent et ipsum debitum... solvant... Convenit etiam inter eos, ut amodo et donec totum ipsum debitum... solutum non fuerit, non liceat ipsi debitori vel illius heredibus integras res suas... alicui alteri vendere aut dare vel obligare seu quomolibet modo alienare, quod si factum fuerit, pro infecto et irrito habeatur. Et per convenientiam ipse debitor et suprascripti fideiussores obligaverunt ipsi creditrici... ad pignorandum omnes res eorum et heredum eorum, legitimos et inlegitimos... Simiter et ipse debitor obligavit ipsis fideiussosibus et illorum heredibus ad pignorandum omnes res suas et heredum eius, legitimos et inlegitimos. Et si suprascriptum est ipse debitor et eius heredes non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removeere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadium ipse debitor obligavit se et suos heredes componere ipsi creditrici... viginti augustales et sicut suprascriptum est adimplere. Preterea predictus debitor... super

sacros Evangelios eidem creditrici sponte corporale prestitit iuramentum suprascripta omnia firmiter actendere et fideliter adimplere. Que omnia ego Matheus Manganarius, puplicus Salerni notarius, qui rogatus interfui, scripsi et meo signo signavi. Ego qui supra Iacobus de Prothoiudice... Ego Iacobus Macza testis sum. Ego predictus Thomasius de Jaquinto testis sum. Ego predictus Franciscus de Leone testis sum. — Cum autem ipsum scriptum debiti ostensum ac lectum fuit, dixit procurator predictus quod pro parte predictæ viduæ... debitorem requisivit... ut... eidem viduæ de suprascripto debito... satisfaceret, et minime satisfecit eidem, velut ex ipsius procuratoribus relatione accepi et michi [constitit mani]feste, eo quod predicta requisitio bis et ter, ut iuris est, cum mea notitia facta fuit. Quapropter ipse procurator... michi preces effudit quatenus una cum eo ad res stabiles pre [dicti debitoris accederem quia] de eis pro parte predictæ viduæ secundum Longobardorum regum edictum et consuetudinem istius civitatis pro predicto debito in triplum capere et transactare volebat. Cuius... precibus... annuens, una cum procuratore [predicto et] doctis hominibus rerum stabillium appreciatoribus et integrum primum solarium cum caminatis ipsius... in parte occidentis coniuncta super ipsis catodeis, que dicto Nicolao pertinere dicuntur de integra terra cum casa fabricata, solerata et scalis fabricatis, que [constructa est intra hanc Salernitanam civitatem in] loco Veterensium, asuper et prope ecclesiam sancti Viti, que de mare dicitur; que videlicet terra cum casa a parte meridiei vie, et partibus orientis et septentrionis anditis coniuncta est, porrexi. Requisito prius predicto [procuratore pro parte predictæ viduæ si predictus debitor ipsi procuratori] vel eidem viduæ de predicto debito satisfaceret et minime satisfecit eidem; propter quod predictus procurator... secundum Longobardorum regum edictum et consuetudinem [istius civitatis Salerni]... suprascripta sex catodea et integrum predictum primum solarium... pro predicto debito... in triplum... extimata... ad habendum et faciendum exinde predicta vidua et eius heredes semper quod voluerint, salvo et reservato eidem Nicolao [iure solvendi predictum debitum in termino] istius civitatis indulto, quod est triginta et sex dierum; set quia huiusmodi tempus non currit nisi scienti, de predicta captione et tran-

sactione facta predicto die et qualiter infra ipsos triginta et sex dies elapsos si cessaret in solutione debiti memorati a dominio et proprietate cedebat eodem die de predicta captione et transactione, quam ipse procurator etiam voluntarie acceptavit, eundem Nicolaum *** est legitur, subscripto notario et predictis testibus ac aliis doctis hominibus rerum appreciatoribus. Que omnia ego Matheus Manganarius, puplicus Salerni notarius, qui rogatus interfui, meo signo signavi.

✠ Ego qui supra Petrus iudex.

✠ Ego predictus notarius Pandulfus de Pandulfo testis sum.
ecc.

CLI.

1293, 4 aprile, Napoli.

Il principe Carlo aveva saputo che di recente alcuni salernitani, *pertinaces ad malum*, si erano fortificati in alcune case site nella città presso la chiesa di S. Demetrio, con provviste di armi e di quanto fosse necessario a guerreggiare, e poi, riuniti in squadre, con grande audacia e temerità, avevano eccitato il popolo a tumulto ed avevano messo in fuga lo strategoto che li aveva affrontati. Tale eccesso non dovendo passare sotto silenzio, ordina che lo strategoto stesso, insieme col giudice e il notaio degli atti, faccia presto una diligente inchiesta su quanto era stato perpetrato e sui rei, e punisca questi sia per correggerli, sia perchè altri non pensino di seguirne l'esempio.

Reg. ang. n. 60, fol. 101^b.

Petro de Insac, vicario Principatus et straticoto Salerni. Pervenit nuper ad audientiam nostram quod aliqui layci, *pertinaces ad malum*, domos quasdam sitas in Salerno iuxta ecclesiam sancti Demetrii, non absque gravis provocationis discrimine, armis et aliis variis propugnaculis ad bellandum novissime, diebus preteritis, muniverunt, ipsique in illis sicut in quohorte collecti, tantam exercuerunt, ut dicitur, temeritatis audaciam, quod et non timuerunt pro reverentia presidentis facere tumultum in populum et in te volentem illos ab huiusmodi cohibere cum armis exurgere ac abinde contumeliose fugare; que quidem, si res ita se habet, gra-